

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Conciones Sive Conceptvs Theologici, De Praecipvis  
Omnivm Sanctorum Festiuitatibus, ab omnium Sanctorum  
Festo ad Pascha vsque occurrentibus**

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

In commemoratione omnium fidelium defunctorum. De morte, eiusq[ue] memoria. Orandum pro defunctis, & pro quibus deq[ue] purgatorio vbi sit, & eius pœnis. Filiorum ingratitudo in parentes. Hæreticorum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54700](#)

50 IN FEST. COMM. FID. DEFVNCT.

tum aspiramus; cursum nostrum dirigite, ut per-  
tissimi nauigia in tempestibus nobis affulget,  
exoptatae cynosuræ, lumen nauigantibus præbe-  
& lucidissimæ lampades, felices Viatores, qui pos-  
tot confecta itinera in patriam tandem peruen-  
itis; cum nos miseri hic etiamnum peregrinemus  
licet interea dum in terra hac exilijs versamur,  
perpetuæ hoc quietis domicilium aspiremus;  
ducite nos, dirigite iter nostrum, vias nos edocere  
per quas ambulantes peregrinationem nostram  
peragamus. Sed ô Sancti felicissimi iterum noli-  
mementote, pro nobis intercedite & quoniam am-  
mæ, in Purgatorio adhuc detinetur, & oculos suos  
in vos & nos etiâ coniuncti, vestraq; suffragia, &  
simul nostra efflagitant; nostra vestris vota con-  
iungimus, proq; ijs vñanimi oratione, vestriglo-  
riæ valedicentes, dicimus, Requiescant in pace.

IN FESTO COMMEMORA-  
TIONIS OMNIVM FIDELIVM  
Defunctorum.

Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua  
ceat eis.

F I G V R A.

2. Reg. I.

Felix ille Princeps Dauid, qui ex humili ouium  
pastore ad sceptra Iudææ electus est, auditio  
fortissimos Israel vna cum Saule & Ionatha in  
montibus Gelboe occubuisse, lachrymabundus,  
ac suspirans, suos omnes ad ieunia, suspiria, & li-  
menta inuitabat, singuluq; verba interrumpere  
huiusmodi lessò defunctorum miserias deplora-  
bat; Considera Israel pro his qui mortui sunt super exad-  
fa tua vulnerati: Inlyti, Israel, super montes tuos interfie-  
cti sunt: quomodo ceciderunt fortes? Quomodo ceciderunt  
foras



## CONCEPTVS THEOLOGICI. 51

fortes in prælio? Ionathas in excelsis tuis occisus est? Quo-  
modo ceciderunt robusti & perierunt arma bellica! Ipsum  
mihi hodierna die facere videor. Audiens enim, a-  
cerbo omnes Pontifices, Reges, Principes, tot vi-  
ros illustres & nobiles qui mundo vñquam vixē-  
re, fato occubuisse; plorans & ingemiscens, fideles  
omnes, ad plorandum, ieunandum, & orandum  
invito, omniumq; auribus voce intensa inclamo:  
Considerate obsecro Christiani pro his, qui ferali  
mortis iaculo sauciati in coemeterijs vestris sepul-  
tire requiescant. Respicate tot nobilitatis insignibus  
illustres, diuinijs affluentes, doctrina & scientia  
celebres, qui in tumulis modo iacentes in putredi-  
nem & vermes conuersi sunt. Intuemini quot Mo-  
narchæ potentissimi, quot mulieres speciosissime,  
quot nymphæ, quot Helenæ, quot Lucretiæ in pul-  
ueres & sordes redactæ, in sepulchris vermes, Bu-  
fones, & viperas saginent? Horum mecum casum  
deplorate, ieunia pro animabus eorū vobis indi-  
cite, preces pro ijs ad Deū fundite, sacrificia offerri  
curate, vestrisq; suffragijs eisdem succurrите. atque  
hoc potissimum die qui omnium fidelium defun-  
torū exequijs obsequijsq; ab Ecclesia destinatus  
est: die, quo commune pro omnibus mortuis fu-  
nus indicitur, quo templorum parietes lugubrem  
amictum præferunt, campanæ tristem sonum e-  
dunt, & quo ipse funebrem pro ijsdem orationem  
facturus huc ascendi. Paracletus Spiritus sua nobis  
gratia ac Deipara Virgo suis apud Filium precibus  
adesse dignentur; quam Angelica proinde saluta-  
tione compellemus Aue Maria.

Salomon ille Regū & mortalium omniū sapien- Ecclesiast. 14.  
tissimus cū probe teneret, quantum homini mor-  
tis memoria utilitatis afferret, quamq; ei ad salu-  
tem necessaria foret, omnibus omnino hominib;

D 2

ait:

32 IN FESTO COMMEM.FID.DEFVN.

ait: Memor esto quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum quoniam monstratum est tibi. quasi dixisse, Noli perpetuam tibi vitam polliceri o homo, annos spondere Nestoreos, sed mortis tuae numquam non memor viue, & cogita iam a facibus aures tuas pulsari; ac proinde dispone domui tuae testamentum conde, de quo sepulchro tuo quid fieri lis constitue. In horum verborum sensu iansemus interpretationem sequor, qui pro ea qua praevenit fuit literarum sacrarum cognitione per verbū inferorum sepulchrum dixit significari, ita ut sensus illius. Memento quicumque demum sis o homo, & quicumque in loco degas, mortem tibi nocte dieque stare, astare, citatoque gressu te insequi, ut te semper comprehendat.

Apoc. 6.

In mundi exordio non nisi pedibus mors incedebat, iam vero equo insider.

Egregium nobis in hanc rem emblemata in Apocalypsi sua suppeditat Ioannes, quo loco videlicet testatur equum pallidum, & equitem eidem incidentem, cui nomen mors, cui super quatuor terrarum partes & orbis cardines potestas data erat, omnia ut vindice gladio interimeret, & ipsas quin etiam bestias necaret. Mortem scilicet equo vehementem videlicet eius celeritatem, quamque citatis eadem gressibus ad humanum effundendum sanguinem, diuinata iussa implenda, vitamque hominibus eripendam, feratur, exprimeret.

In ipso quidem rerum creationis primordio mors non nisi pedibus incedebat, ac quodammodo claudicans in longum mortalibus tempus vitam prorogabat, dudumque morabatur antequam in noxiis animaduerteret. Nongentos enim ac triginta Adamo ad penitentiā annos concessit. Noachum nongentis quinquaginta, ac multo etiam post diluvium ipsum tempore, persecuta est; nongentis & vnde septuaginta nouem cucurrit annis antequam Mathusalem com-

comprehenderet. At iam insidet equo atq; ita ad cursum edocta est, nihil vt eadē sit celerius, nosque statim, interdū post annum, nonnumquā post decem, viginti, triginta, comprehendat; ac longissimum quo eam fugere possimus tempus octoginta, ad summū centum sint anni: quibus euolutis tandem inuitis etiam manus iniicit, atq; ad supplicium rapit etiam reluctantates. Vnde bene ac vere dixit o-

14. Ecclef.

Babylonij, vt mortis celeritatē & instantiā ad Alexan-  
oculum exprimerent, mos erat, ipsa qua Rex eorū der ab A-  
inaugurabatur die, quatuor regio throno auiculas lexan. Ba-  
appendere, quæ cōtinua alarū agitatione ac vola-  
tu ante Regis triumphantis ac gloria tumētis ocu-  
los exspirarent. Hoc illi Regem factō edocere vole-  
bāt, vitā hanc nostram fragilē ac nimis eheu! fuga-  
cē esse, eamq; ad instar auis per aera celerrime præ-  
teriolantis pertransire, & mortē eidem perpetuo  
insidiari ac de loco in locum assidue insequi; ut po-  
te quæ & regibus aut orbis Imperatoribus parcere  
nesciat. De huius porro veritate historiæ vsq; ad  
eo mihi nō constat, & quāuis Alexander ab Alexā-  
dro eandē litteris confignarit, dubito tamen num Pia que-  
ille sua eā auctoritate valeat astruere. Sed hoc scio dam con-  
de Ecclesiæ Romanæ esse consuetudine, in solenni suetudo in  
Principis eius, idest, summi Pōtificis, inauguratio- Rom. Pō-  
ne, vt mortis memoria vitæq; fragilitatē in mentē tifcis co-  
ei reuocaret, Spiritus S. vt credendū est instinctu, ronatio-  
stupram accendere, & hæc ei verba repeteret: *Pater ne.*

*Sancte sic transit gloria mundi:* quasi diceret nr, No-  
li Sanctissime Pater, noli inordinatè erga hanc vi-  
tam affici, mortē semper ob oculos habe, & cogita  
mundi huius gloriam instar stupræ in momento  
trāsire, & similitudinem fumi in auras euanscere.

Cum Ionathas Mathathiæ fili⁹ dolo Tryphonis 1. Matt. 13.

## 54 IN FEST. COMM. FID. DEFVNCT.

circūuent⁹ interfectus esset, Simon frater eius, qui  
in illius locū dux cōstitut⁹ erat, corpus eius impa-  
Sepulchrū trū suorū sepulchrum, q̄ in ciuitate Modin visib-  
Ionathæ tur, intulit; vt q̄ nomē ei⁹ æternū foret, & famā ad-  
ducis.

posteros trāsferret, superbū illi ac magnificū mo-  
numentū erigi iussit, septē pyramidibus innī,  
q̄būs ingentes colūnas circūposuit, columnis ver-  
arma & gentilitiæ nobilitatis addidit insignia;  
mis autē naues sculptas adiunxit, quæ ab ijs qm-  
re nauigarent, cōspicerentur: quæ omnia magno  
artificio singulari⁹ elegātia pfectit. Cur porro  
naues huic monumēta apposuit? vt æterno hoc op-  
re posteritatē comonefaceret vitā hominis hoc in  
mundo similē esse cursui nauis medio in maria  
uigātis, atq̄ omnes illos qui tantā sibi in hoc mun-  
do gloriā pepererūt, & tā celebre nomē ad posteros  
trāsmiserere, eadē omnino celeritate mare hoc per-  
currisse. Huc visus est allusisse Iob cū diceret, Pa-  
transierunt quasi naues, neq̄ enim tanta celeritate na-  
ues ab aquilonibus & flantibus Austris agitatæ fe-  
runtur, quam fugiant improborum dies in hoc  
mundo, quorum vita instar fumi euanuit.

Iob 9.

Vita ho-  
minis in-  
star fumi.

Psal. 101.

Sap. 5.

Mundus  
compara-  
tus.

Regiam hanc cogitationem menti semper in-  
sculptā gerebat regius vates, & numquam non im-  
gemiscebat dicens, Defecerunt sicut fumus dies mei fili-  
lius & successor eius Salomon idem pene semper  
animo voluebat, aitq̄ impios apud inferos hanc  
vitā breuitatem semper deplorare, atq̄ his queri-  
monijs vti: Quoniam spes impij tanquam fumus, qui a  
vento diffusus est, & tamquam memoria hospitium  
diei prætereuntis, cuius memoria, quamprimum ut  
diuersorio egressus est, euanescit.

Apposite sane Videmus namq̄ quotidie quanti  
diuersorio hospites viatoribus hospitium intrantibus hono-  
rem exhibeant, quam diligenter eis omnia necel-  
lus.

cessaria subministrēt, & quā sedulo illis obsequan-  
tur, interea dū apud eos diuertunt; sed statim vt  
profectionē illi adornare incipiunt, & expensarum  
rationes subducuntur, quā care omnia aestimant,  
quā exacte singula cōputant? mox vero vt domo e-  
gressi sunt, nulla amplius apud eos horū viget me-  
moria; adeo vt multum se illis honoris exhibuisse  
existimēt, si vel affixa parieti exteriori tabella eorū  
memoriā conseruent, hac addita epigraphe, Tali  
mēnsis die atq; tali anno ille hīc nobilis, ille Prin-  
ceps diuertit, tali die talis hoc hospitio Dux except⁹  
est. Mundus hīc, Auditores, verissimum diuerso-  
rium est, qui nos interea dum hic peregrinamur, in  
introitu & exordio humaniter admodū habet, &  
dū vitæ moras in eo trahere oportet, magna volu-  
ptate perfundit: sed in vitæ exitu tyrannum se illis  
exhibet, nudos & vdos in sepulchrū velut in pistri-  
nū cōpingens; adeo vt postquā semel pedem hinc  
eos extulisse contigerit, maiore eorū memoriā nō  
habeat, q̄ si vnica tantū hora apud eū diuertissent;  
vt magnū quid se fecisse arbitretur, si aliquod in-  
terdum eorum monumentum templorū colum-  
nis afixum videatur, & sane ipsa Epitaphia, bases,  
obelisci, pyramides, quæ in sublime erecte super-  
biunt, aliud nihil sunt, quam inscriptiones fune-  
bres, & tituli hospitorum, vt ex ijs transeuntes  
colligere possint, talem hīc Præsidem, talem Epi-  
scopum, talem Principem hospitio exceptum esse.  
Dicite ergo, num iure meritoq; dixerit Sapiens,  
Memor esto quod mors non tardat.

Ingenij ac doctrinæ Princeps Plato dicere sole-  
bat, prudentes ac sapientes sibi scholam quamdam  
cōstituere, in qua aliud præter vitæ breuitatem, &  
mortis celeritatem non doceretur; eiusque me-  
ditationem veræ, ac germanæ quoddam Philoso-

Eccles. 14.  
Platonis  
Apophth.

## 56 IN FESTO COMMEM. FID. DEFVNCT.

phiæ genus esse ; stolidos vero ac fatuos academiæ obliuionis, quod numquam mortis ac nouissimum recordarentur, semperq; de vita prorogata cogitarent. Est enim vero verius, probos, ac vim tem colentes viuendo sensim mori; improbos vero & nefarios moriendo viuere, vitamq; semper sibi proponendo mortem pedibus conculan quibus nimirum displiceat, vultus eius furoris minas intueri : aduersus quos exclamat Prophætæ David, morte illis interminatus, *Veniat mors* illos, & descendant in infernum viuentes. id est, Impen tandem aliquando Domine superbis illis & effronatis peccatoribus mors; & quoniam ipsi eandem pedibus substrauerunt, fac obsecro, vt ipsa illis tandem etiam substernat ; & quoniam numquam eius in vita memores fuere, iure ac merito idcirco ad inferos descendant viuentes. Irascitur eorum peccatoribus pius ille Rex, quod mortis nullam memoriam haberent : Deus autem grauiter propter hoc ipsum nonnumquam exacerbatur.

## Cant. x.

Amans ille sponsus in Canticis colloquii cum dilecta sua instituens, subhiratus in ipso exordio videtur, & acerbioribus ea verbis allocutus : *Signras te: o pulcherrima inter mulieres, egredere & abi.* Refferri possunt tropologice verba hæc ad Deum, qui dilectam sibi sponsam animam sc. illis interdum alloquitur, quorum sensus & medulla hæc est: O anima que inter creaturas omnes pulcherrima es, si inani te cogitatione abripi finis, nec tuam fragilitatem agnoscis, & quæ sis vel unde, aut quam vivis, ignoras, nec inquam mortis aut Dei tui remansceris ; egredere è domo mea, & abi procul à consortio sodalium meorum, à quo te, ni te cognoris, posthac excludo: *Dura & aspera, inquit in hæc verba Bernardus, increpatio hoc quippe verbum seruans.*

Bern. sup.  
30. sup.  
Cantic.

dire solent à valde irascentib. & indignantibus dominis:  
vel ancillæ à dominabus suis cum grauiter illas offendere-  
rint: Exi hinc, exi à me, egressere à conspectu meo, & à do-  
mo ista. Hoc ergo verbo aspero & amaro satis nimiumq;  
increpatorio vtitur modo sponsus contra dilectam, sub  
conditione tamen si seipsum ignorauerit.

Cum Dominus apud Ierem. calamitates & infor-  
tunia, quæ Ioachim regi peruerissimo & idolola-  
træ impendebant, prænuntiaret inter ceteras mi-  
nas intentauit sepultura asini eum sepeliendū; di-  
cere vult, inter Monumentū regis huius, qui adeo  
superbijs, & ceruices tā sublime erexit, ac sepulcrū  
asini, quo nullum animal, aut vilius, aut abiectius,  
nullū omnino discrimē futurū. Quid hoc sibi vult?  
quis audiuit vñquam asinos fuisse sepultos? Refe-  
runt quidē historiæ Bucephalum Alexandri equū  
regio mādato terē mandatū esse, at de sepulto asinō  
nulla vñquā apud scriptores fit mētio. Et nihil  
ominus De⁹, q̄ mentiri non potest Ioachim regi a-  
sini sepulturā cōminatur. Dū omnes loci huius cō-  
sulo interpretes, nullus est, q̄ melius meo gustui sa-  
tisfaciat, quam Glossa interlinearis, quæ hoc sensu  
verba hæc exponit: *Sepultura asini, sunt stomachi ca-* *Ierem. 22.*  
*num & ferociū bestiarum, & aues rapaces.* Per hanc igi-  
tur cōminationem signare voluit Deus, Insolentē,  
& arrogantē hūc regē terrę in viscerib. nō sepeliē-  
dum, q̄ terrenę suę originis semper immemor ex-  
stisset, sed quoniā instar bestię & instar asini vixit,  
asini quoq; ritu sepulturæ mandandū: qui quoniā  
terrā nunq; vt matrē voluit agnoscere, nec lutū, vt  
principiū ort⁹ sui intueri; ideo terrā eū loco filij nō  
habiturā, nec lutū sepulturæ locū ei cōcessurū, sed *Gen. 28.*  
canū, leonū, aut alteri⁹ cruētę, cur carniuorę bestię  
stomachū loco tumuli ei futurū. O mias horrēdas:

Magnus ille Patriarcha Abraham, ne hanc à Deo

cōminationē audiret, mortis memorī animo iugiter inscriptā gessit. Primū namq; quē possedit grū in sepulturā suam & Sarę vxoris destinauit, ut nobis ostenderet, primā animē curā & intentionē esse debere, mortis perpetuo reminisci, ac sepulchrū suū ob oculos nunq; non habere. Placet prius ille conceptus, vti & hic quēm mox subnecto.

Leuit. 1.

Voluit in Leuitico Deus, locum cinerum, in quā & immolatarū auium plumæ congregabantur, ad orientalem non a. ad occidentalē plagā vergere. Si plumas projicit prope altare ad orientalem plagam inde in quo cineres effundi solent. Quid vobis locus huius cinerum aliud denotare, q̄ sepulchrum videtur? q̄ omnes penitus diuitię, honores, voluptates, cū & q̄ vitę nostrę delicię, q̄ ad instar pluraru sum, quib. homines supbiēdo in altū efferūtur, conjunctur? homines nāq; verx quædā aues sunt ad mortē destinatæ, quæq; omni momēto & hora crudelitati vtrici & carnifici in sacrificiū immolantur, sed mysterio carerent, existimo, q̄ cinerum ille locus ad orientē situs sit: docemur n. cineres & putredinē semper nobis ob oculos, quos designat Oriens, non vero à tergo, cuius imago est occidens, versari debere, ac mortis memorī menti penitus insculpendam esse, & nunquam animo deponendam.

Atq; hinc est, q̄ Sancta mater Ecclesia quæ omnium fidelium defunctorū hodie cōmemorationē celebrat, vt mortē nobis in mētē reuocaret, nosq; ad preces p̄ defunctis effundendas cohortaretur, hac nobis formulam pponat; Requie aeternā dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. Libera eos purgatoriū ergastulo pœnas eorum minue, aut potius penitus rescinde, vt in lucis regione constituti, te, qui verum lumen es, videre mereantur. De lugubri hanc materia hodierna die ad vos verba faciā. Et quoniam

niam dies hic nonnisi mortuis & defunctis sacer  
est, & nos mortales sumus, de nulla re alia, quam  
de morte, deq; suffragijs pro defunctis hic loquar.

Principio igitur ipsa mortis memoria Christia-  
nis omnib. in primis necessaria est ac perutilis, quæ  
nobis idcirco toties tāq; diuersis rationib. inculca-  
tur. Hæcn. vna præ plurimis alijs cogitatio, modo  
cū vtilitate ac debita rāoē adhibeatur, omnē vitæ Mortis  
nostræ seriē dirigere potest ac moderari. Verum a. memoria  
medicere ipsæ docebunt historiæ. Plut. enim cum hominib.  
Traianum Imp. qui eius olim discipulus extiterat, perutilis  
missa quadam epistola docuisset, quas virtutes se- est.  
Plutarchi  
& tari, quænā vitia fugere, & quib. eum rationibus Epist. ad  
laudabilis ac boni Principis officiū implere opor- Traian.  
teret post varia quib. id confirmat præcepta, facile  
eū omnia impleturū dixit, si vnicā mortis ad hæc  
omnia accesserit memoria: *Ego scio, inquit, quod hæc*  
*omnia feceris. si tui nunquā oblitus fueris, i. conditionis*  
*& originis tuæ, & si memineris q̄ fragilis hæc vita*  
*fit, quātq; cito splendor eius ac pulchritudo euane-*  
*scat. Et sane quis nō miretur, aliud à tanto Philoso-*  
*pho p̄ceptū tanto Imperatori ad tam vastū & late-*  
*patens imperiū prudēter ac sapiēter administran-*  
*dum, datū non esse, q̄ vnicā mortis meditationē.*

Accedit adhæc q̄ superbos & insolentes animos  
intra moderationis limites cogat, & quodāmodo  
retundat, verāq; animi demissionē hominib. infe-  
rat. Hinc in Machabæor. historia legimus, superbū  
illū & arrogantē Antiochū cum à verrib. se depa- Memoria  
scivideret, & à morte instantे vrgeri, in hæc verba  
q̄ candido signanda sunt lapide prorupisse. *Iustum 2. Mach. 9.*  
est subditū esse Deo & mortalē non paria Deo sentire, su-  
amq; fortunā cū diuina nō cōparare. Quātā igitur  
vtilitatē affert mortis & nouissimorū meminisse?

Salomon quoq; rex, quo nullus vñquam exstitit Sap. 7.  
sapien-

Memoria  
mortis v-  
nicum ad-  
uersus su-  
perbiā  
remediū.

60 IN FESTO COMMEM. FID. DEFUNC  
sapientior, quoties eū vanitas & mētis elatio eam  
humilitatis terminos abriperent, vt earū impeū  
retardaret, hoc ipso fræno v̄sus est, atque his lētē  
medijs prælijs verbis allocutus, sum quidem: &  
mortalis, homo similis omnibus; quid enim est, quo  
me à vanitate aliorum abripi finā, cum mihi quo  
que moriendū sit & impiæ huic parçæ & carni  
non secus ac reliqui mortales obnoxius sim, & a  
sepulchrū vna cum ipsis condemnatus. quantum  
igitur p̄dest mortis memoriā ante oculos habet.

*Acto. 14.*

Barnabas & Paulus Salomone Rege in hoc nos  
inferiores fuere: cum enim essent Lystris (que ciu  
tas Lycaoniæ, ac S. Timothei patria est) & ciues con  
propter miracula, q̄ virtute & cooperatione Dei, c  
diderant, vti deos quosdam suspicerent, colerem  
adorarēt; ad inanes has laudes reprimēdas, & po  
pularis gloriæ faustus procul à se reiciendos, mo  
tis memoriā, velut singulare quoddā antipharmaco  
cum adhibuere, discisis tuniciis eorum insolentia  
increpantes, *Viri quid hac facitis, & nos mortaliſ ſu  
mus, ſimiles vobis homines.* Ad eundem modum de tu  
ō homo, vt omnia in tuā vtilitatem interpretens,  
cur mundū quando diuinis te mactat honorib⁹,  
teq; ad inanem gloriam sollicitat, à te non rei⁹,  
aut compescis dicens, *Quid facis mundo? quid co  
gitas? an ignoras mihi propediem hinc esse diluc  
dendum? nescis me iam à multis annis, ab ipsa et  
iam nativitate, sepulcro viuere destinatum.*

*Gregor. Tu  
ronens.*

Carolus, qui rerum gestarum gloria inclitus, ac  
multis victorijs nobilis Magni cognomentum in  
uenit, cum in extremo vitæ articulo constitutus a  
suis rogaretur, ecquæ insignia, quænam arma, aut  
quorū trophæorum imagines, in tot victoriariū, ac  
luculentorū facinorum memoriam, sepulchro af  
figi vellet; respondit, referente Turonensi Grego  
rii

rio, sola se mortis insignia cupere: quæ nimirum omnes illius victorias in nihilum redegisset, conculcasset, deq; se victore triumphum egisset. Non *Gen. 4.*  
 petijt Ægypti pyramides, non quæsiuit Mausolæa Cariæ, non ambiuit regalia insignia, non signa bello parta, viætrices Rom. Imperij aquilas, non sceptræ, non diademata, non denique pérennaturam rerum gestarum gloriam, qua apud posteros immortalis haberetur; sed vnicā mortis memoriam. Sola ecce mors deijsit & debellat eum, qui totum, qua patet, orbem nominis sui fama compleuerat, & armorum terrore concusserat. O factum vere regium! & Epitaphium penitus diuinum.

Impius ac sceleratus Cain ex quo parricidali fratre permit manu, toto tremuit corpore, ac nūquam non timuit; putabat enim se ab omnib. qui cunq; se inuenissent occidendum: sed ait ad eum Dominus. Nequaquam ita fiet, nām omnis, qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuit n. in eo signum, quo viso nemo in eum manus auderet mittere. Hic sudant interpres, & magnopere laborant, in signo hoc inuestigando. Hieronym. sane, & Ambrosius, & Tostatus optime mihi hic ad gustū faciunt, in quorum trium virtutē sententiā equidem libens cōcedo, aiunt enim signū hoc tristem mortis memoriam fuisse, quæ mirum adeo eum consternabat, ac terrefaciebat, toto vt corpore tremaret, atq; ita quicumq; eum viderent, manus ab eo continerent. Hæc cū auditis, cogitate Auditores, omnes nos esse velut quosdā nefarios ac scelastos Cainos eiusdēq; qille parricidij reos: roties quippe fratrē nostrum, id est proximum innocuum verbis, facto, tamq; varijs modis occidimus, vt sane mirū sit, si omnes in nos creaturæ ad vindictā suendā nō insurgāt, & ipsi quin etiā dēmones nos ē medio

*Hieron. ad  
Damafum  
Ambr. l. i.  
de Cain.  
Gen. 4.*

## 62 IN FESTO COMMEM. FID. DEFVN

medio non auferant. Sed benignus ille parentum signum quoddam ad nostri cōseruationem aduenit, ipsam sc. mortis memoriam, quā iusti seruantissimos æqui tremere & exalbescere cogat: ut hāc visā, dæmones, ne quod nobis derementum afferant, atq; ipsa in primis superbia solentia, cæterāq; peccata omnia sese continet. In primis namq; diuina illa mortis recordatio solentiam comprimit, fastum mentib. euellit, pum minuit, veram cordis humilitatē genera ipsoq; facto animas penitus mortificat. Lepida vobis quoad hanc materiam exemplum exvinis. Gregor. Nysseni referam. Hic n. cum quodā tempore verba illa Euangeli, *Qui vult venire post me, neget semetipsum, & tollat crucem suam exponere;* interrogareturq; deinde à quodam suo discipulo, esset sui ipsius abnegatio, & propriæ voluntatis abdicatio, ad cœmeteriū eum misit, in quo vani defunctorū caluariæ, crania, ossa membranarū erant, præcepitq; vt varias in eadem calumnias exoneraret, quo facto ad se reuerteretur. Adolescens tanti Patris verbis morē gerens, ad cœmeterium pperat, ac mille iniuriarū & cō uitiorum plautra in ossa illa cōijcit, dicens, Vah ossa putida, putride, à vermis exesa, carne nudata, viperis scatenata; vah informia cadauera, vermium receptacula, ac bufonū domicilia: vah ossa latronum, sicciorum, sacrilegorum. Post varias deniq; contumelias nullo accepto responso ad S. Præsulem cum reuertisset, eodem ab illo rursus destinatus est: sed vt iam mutata voce varijs eadem ossa encomijs exoneraret, & laudib. cœlo tenus efferret. Obsequitur adolescens, & ad cœmeterium reuersus, commutatis vocib. plurima in eadē effundere præconia, varij que ea laudib. extollere incepit. Hem ossa insigni

Lepida hi-  
storia.

Luc. 9.

& vere illustria! hem pectora vere regia! hē capita Monarcharum, corpora generosa Principum! hem ossa iniuxta, ossa militū ac ducū! atq; infinita alia laudū genera ingeminans; nullo accepto responso ad Gregoriū reuersus est. Petebat deinde Præsul, qd ad hæc viruperia vel encomia, defuncta alia & semiputrida ossa respondissēt: Nihil ōnino, inquit ille, subintulit Greg. Vade & tu quoq; fac similiter: quacunq; demū iniuria, cōtumelia & opprobrio accepto, vel quibuscunq; auditis p̄conijs permo- ueri noli, dissimules, teq; velut insensibilē geras: atq; ita fiet, vt vere mortificatus appellari, & teipsum; propriamq; voluntatem abnegasse dici pos- sis: ac tum perfecte didiceris, quid Euangelica sui sit abnegatio.

Id ipsum vos hodierna die facere vellē Auditores: vellem inquam vos cœmiteria adire, ac mor- tuorum ossa curiosius intueri. Ingredimini igitur funesta illa mortis palatia, accedere ad illa cadaue- rū receptacula, inspicite brachia illa carne nudata, membra illa à vermib. exesa, ossa illa semiputrida ac fœtentia, atq; ex ijs, vos alloquor, qui tam ini- quo iniurias animo accipitis, & laudib. vestris au- ditis in tantum insolescitis, Christianam mortifi- cationem discetis. Ossium namq; horū inspectio ac mortis recordatio singulare aduersus superbiā remedium est, quo nimirum anima aduersus om- nes mundi ac Satanæ impugnationes inexpugna- bilis redditur: quod veteres nobis sub fabulæ cu- iusdam inuolucris liquido satis demonstrarunt.

Antæus ille, Terræ filius, de gigantum stirpe pro- *Eufsat. 6.*  
genitus, dum cum Hercule lactatus in terram præ- cumberet, & matrem illam exoscularetur, vires ei & robur restaurabatur: sed statim ubi in al- tum caput efferebat, imminutis iterum viribus ab Hercule prosternebatur. Sed fabulæ re-

64 IN FESTO COMMEM. FID. DEFVN

licto cortice, veritatis quæ in eo latet nucleus  
periamus. Dico igitur idem omnino accidenti-  
mini, qui animos gerit giganteos, & de singulis  
quadam fortitudine præsumit: dum enim terra  
intuetur, oculosq; in Esse suum conicet, simile  
considerat quid sit, vnde venerit, & in quid re-  
gendus nullus omnino reperiri potest hostis.  
tentatio, quæ eum vincat, expugnet, aur prole-  
nat: at si inani quadam præsumptione in elatione  
se abripi patitur, & nubes & inania captat, su-  
sumq; sese contendit erigere, deniq; si ignorat quæ  
nam sua sit origo, & vnde venerit, neu morte in  
oculos habet, vincitur, superatur, iugulatur. Quid  
gitur sanctam mortis memoriam!

Mortis  
memoria  
aliarum  
rerum ob-  
liuionem  
generat.

Gen. 25.

Verè dixit Sanctam: nam præterquam quod est  
tos & superbientes retundat, omniū omnino ren-  
contemptū & obliuionē etiam inducit. Docet  
id me magnus ille Doctor Hieron. qui inter cetera  
quæ ad bene laudabiliterq; vitam instituenda  
ad matronam quandam Romanam scribit, hoc  
habet, Facile contēnit omnia, qui se semper cogitat, qd  
moriturum: in quam materiam & sacræ mihilite-  
ræ egregium suggestunt conceptum. Pilosus ille Esau  
cum de venatione rediens fame propemodum  
enecaretur, propter vile quoddam lenticulae ede-  
liū primogenita sua vendidit: Cogitabat enim Esau,  
satius esse eisdē cedere & viuere, quā ipsidem  
conseruatis fame emori; dices, En morior, quid mihi  
proderunt primogenitā. Sola itaq; mortis cogitatio  
& apprehensio ad tam iniquam venditionem Esau  
compulit. O Christiane, ni Esau ipso deteror  
audire velis. dic interdum, mortem in medio ho-  
norum cursu ob oculos versans: Inter paucos ecce  
dies mihi è vita abeūdum est, quid ergo mihi pro-  
derunt diuitiae, dignitates, ac tot beneficia? Ho-

scilicet

scilicet s̄epius animo voluebat pius ille Rex , cum diceret interdum; *Diues cum interierit , non sumet omnia , neq; descendet cum eo gloria eius.* Hactenus quidem quæ de hac mortis memoria dicta sunt è sacrificis codicibus deprompta sunt, profanas iam tempus erit proferre historias.

Psalms. 48.

Philippus Macedonum Rex cum tempore quodam, referente Plutarcho, palæstram, in qua Græci luctabantur, ingressus esset, & inter luctandum ad terram prosterneretur; iacentis sui imaginem scite in arena expressam videns, quamq; parū loci occuparet cōsiderans, iocando cœpit dicere: *O quā minimam terræ partem natura sortiti , orbem appetimus vniuersum!* Audite, audite inquam, cupidi mortales, quibus totus qua patet orbis non sufficit, quorumq; æstuans desiderium vniuersus mundus minime implet, regia illa verba; ac vobis exiguum illū locū, quem tandem post laborum vestrorū finem hæreditate acquiretis, sepulchrum sc. septenū pedum ob oculos ponite. Huc quidam Propheta rum veterum respiciens ait, *Vide vias tuas in conuale:* quæ verba LXX. nostro proposito aptius transfluerunt, *Vide vias tuas in sepulchro.* id est, cogita tecum ô homo, quam exiguum tibi post mortem paratum sit domicilium, vt non nisi septem tibi pedium spatiū ad ambulandum concedendū sit.

Ierem. 2.

Julius Cæsar cū Magni Pompeij, quē cane peius & angue hactenus oderat, cuiusq; audiissime sanguinem & mortem fitierat, caput, quod Ptolomæi Aegyptiorum Regis Eunuchi ad eum deferebant, coram esset intuitus, fortunæ vices demirans, illacrymatus est: tacite namq; secū cogitabat, ad quā tam calamitatem exitiumq; deuenisset ille, quem tālētis paulo prius flbris fortuna afflauerat, qui omnes mundi limites armorū suorū terrore con-

Plutar. in  
Apophth.

De SS. tom. 1.

E

cussione

66 IN FEST. COMMEM. FID. DEFVN  
custerat, & nominis sui fama compleuerat, &  
ius vnius imperium ac vocem omnes Africani  
Asiae Reges, & maxima senatus pars sequebantur.  
Quis vestrum adeo ferreus & adamantinus fu-  
rus est, cuius adeo durum erit pectus, cuius oca-  
deo austeri & infracti, qui, cum hodie tot Regi-  
tot Principum, Ducum, militum, capita verminis  
oppleta, situ obsita, putredine fœtentia, & in cun-  
res redacta videat, lachrymas contineat?

Principes Israël cum Iezabelem Reginā, qua-  
prius ita superbam & insolentem conspexerant,  
terra ut informe quoddam cadaver prostratum  
à canib. dilaniatā viderent; triste hoc spectaculū  
fortutæ variantis ludibriū, & horrenda Deu-  
dicia demirati, ad inuicem dixere: Haccine est illa Ie-  
zabel: Illa inquam Iezabel, quæ omnes nominis  
terrore & auctoritate consernebat, quæ Proph-  
tæ Dei vindice gladio ad mortem prosequebet,  
quæ potentiaz suæ cornua in immensum tollebat?  
vbiñā modo illa corona; vbinam nunc aulæ & Regi-  
gius comitatus? vbi oēs priores honores? vbi oēs  
quas prius habuit diuiniæ & opes? An nō & nos ho-  
die, cum tot ossa, tot mortuorum crania, tot bra-  
chia, tot tibias per cœmeteria hinc inde sparsæ  
sub saxis gerfientes, in sepulchris latitantes, que-  
tamē tristes quæda reliquiæ sunt præstantiū ac do-  
ctorū virorū, & formosarū mulierū, videamus  
non inquā, lugubri hoc viso spectaculo dicere pre-  
admiratione poterimus: Illane sunt capita, quæ au-  
reis olim redimita diadematis vidimus? Illane ca-  
dauera corporum purpura, & cocco vestitorū?  
Iene lingue tam disertorum oratorum? illine vul-  
lus nympharū, quibus orientis gemmæ & omnia  
Arabiæ nemora ad ornatum non sufficerent? illæ  
genæ quæ tantum stibij, purpurissæ, & stactes con-  
sumpsere?

4. Reg. 9.

Sed si mortui ipsi hodie loqui possent, si eorum ossa nostris responderent vocibus, dicerent profecto, q̄ olim in medijs ærumnis casum suum deplo-  
rans Iob Propheta dicebat: *Ego ille quondam opulentus, Job 16.*  
*repente contritus sum, tenuit ceruum meam, confregit me,*  
*& posuit me sibi quasi in signum.* Ego sum prudens ille senator, qui tot olim sententias & decreta tuli, tot aliquando homines iudicauit: Ego sum ille Martis pullus, alter Annibal, secundus Hector, qui tot certaminib. interfui, toties cum hoste conflicxi, tot vi-  
ctorias retuli: Ego sum disertus ille ac celebris Ecclesiastes, qui magno omnium applausu toties ad populū verba habui, & ad cuius dicentis os cuncti ora obuertebant sua: Ego sum locuples ille merca-  
tor, qui tātis partis opib⁹ honestā familiā institui,  
& tā ampli patrimonium liberis reliqui: Ego sum formosa illa Juno, cuius pulchritudo omnes in ad-  
mirationē & inuidiā traxit, quā tot proci ambie-  
rūt, quāq; semper gemmis cooperta auro fulgens,  
byssō & coccino induita fui. Sed proh dolor! vnicō  
omnia hæc momento euanuerunt, fortuna nostra  
derekente mutauit, tristis nos omnes mors usque  
ad ossa depasta est, ac feralis illa Parca irę suę iacu-  
la in nos velut scopum aliquem, detorsit. Repente  
contriti sumus, & posuit nos mors quasi in signū.

Hæ sunt igitur voces, quæ hodie sepulchris egre-  
diuntur, querele quibus coemeteria resonant, cla-  
mores quibus tumuli concrepant, ac tristis oratio  
quā defuncti ē bustarijs suis iā verminantes ad nos  
habent. atq; hæc vna ē præcipuis rationibus est,  
cur Sancta Mater Ecclesia omniū hodie defuncto-  
rum commemorationē instituerit, vt nimirū de  
mortuis, cū mortuis, in mortuorū omniū die ver-  
ba faciētes, ipsi quoq; mortis recorda remur. altera  
vero eaq; òium potissima, vt illos ipsos defunctos

E 2 preci-

## 68 IN FEST. COMMEM. FID. DEFVNCT.

precibus & suffragiis nostris adiuuemus, idq; pr  
fertim vulgari illa orandi, & benē precandi fo  
mula, Requiem aeternam dona eis Domine, & lux per  
petua luceat eis. Hinc porro alteram concionis hodi  
ernæ partem, vt initio proposueram, exordiat.

Non est  
pro iis o  
randum  
qui in cœ  
lo gaudiis  
perfruun  
tur aet  
nis.

Hoc igitur tristi & funesto die, p defunctis nos  
orare oportet, nostrisq; suffragiis ijsdem opitulare  
non quidem defunctis qui celesti iam beatitudi  
ne perfruuntur & gloriae aeternae confortes faci  
sunt. neq; enim orationibus nostris indigent: nam  
teste Augustino, iniuriam facit Martyri, qui orat pro  
Martyre. finis quippe precum & suffragiorū is est: q  
ijs pro quibus oratur, oratione nostra bonum ali  
quod accedit, vel malū aliquod abscedat. cū vero  
Martyres sempiternā iā felicitatis cōpotes effici  
sint, nullis omnino precibus opus habent. Quam  
obrem in vacuum omnis nostra cederet oratio, si  
pro ijsdem oraremus, iniuriamq; non modicā illis  
irrogaret, qui meliorem ac feliciorem illis sortem  
deprecaretur. Deinde pro dānatis omnino non e  
orandū: id enim qui ageret, nā ille oleum & opera  
perderet; cum nimis in inferno nulla profici  
sit redemptio, aut ne minimā quidē solatij spes &  
tiam vniuersis Sanctis pro ijsdem apud Deum in  
tercedentibus, pœnarumq; minuendarum afful  
gere possit: atq; idem Augustinus scribere non se  
veritus, se, si sciret animā Patris inferiorū supplicia  
mancipatam esse, non amplius pro eadem quā pro  
Diaboli salute oraturū. Quam obrem pro ijs solum  
orandum, qui adhuc in purgante illo igne emun  
dantur, proq; ijs solum diuinæ Maiestati vota fa  
cienda, ac nullo non tempore, nulla non hora pro  
earum redemptione ingeminandum; Requiem a  
eternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

Et sane ipsum Purgatoriū, quoniā eius iam men  
tio

atio incidit, quoddā spirituū receptaculū est, & animarū pro quibus hodie nobis supplicandū, erga-  
stulū. Nō est porro necesse pluribus vobis, Purga- Purgato-  
toriū aliquod esse, verbis astruere: sufficit enim, si rium asse-  
ē sacram litteris, id ipsum cōfirmari, à Sanctorū Pa- ritur.  
trū auctoritatibus stabiliri, à totius Catholici or-  
bis assensu defendi, & è quinqꝫ Generalium conci-  
liorū decretis astrui possit, Cōcilio nēpe Cartha-  
ginesi, Toletano XI. Lateranensi sub Innocentio  
Tertio, & Florēt. in quo Græci omnes simul & La-  
tini coadunati fuere, & nouissime Tridentin: ho-  
rū quatuor ut Canones raceā, referā quæ in Conc.  
Carth. Can. 95. scripta sunt: *Qui oblationes defuncto-  
rum, aut negant Ecclesis, aut cū difficultate reddunt, tan-  
quā egentium necatores excommunicantur. quo loco si  
omnes iij excommunicantur, qui orationes & ob-  
lationes pro defunctis non persoluant, ergo multo  
magis iij, qui ipsum Purgatoriū negant; hæ namqꝫ  
preces præsupponunt aliquod Purgatorium esse.* Afferitur

Vnius vero Iosephi Patriarchæ Constantinopo- Purgato-  
litani, omniū Græciae Ecclesiarum primatis, testi- rium au-  
moniū hic puto sufficere, qđ ad instar mille testium utoritate  
omni exceptione maius habendum est: hic enim Patriar- chæ Con-  
in mortis articulo cōstitutus inter cæteros articu- los fidei, quos moriēs profitebatur, & Purgatoriū stantinop- se credere afferuit, ac manu propria signauit; cuius morien-  
tis.  
deinde professio ad posteritatem dimanauit. Quo-  
niam ad extremum ritæ meæ deueni, idcirco pro meo mu-  
nere dilectis filiis benignitate Dei meam sententiam his  
litteris palam facio: Beatisimum Patrem patrū, ac sum-  
mum Pontificem, Romæq; veteris Papam, Domini nostri  
Iesu Christi Vicarium esse concedo; atq; animarum pur-  
gatorium esse non inficior. Quid hac fidei professione  
reperi queat, aut clarius, aut efficacius? cui si  
quinqꝫ generalium Conciliorum accesserit aucto-

70 IN FESTO COMMEM. FID. DEFVN.  
ritas atq; omnium quotquot vniquam vixerunt,  
Sanctorum Patrum, quis adeo impudens futuru  
est, qui Purgatorium audebit inficiari?

Non patitur temporis iā angustia, pluribus hi  
ostendere, pro defunctis orandū esse: cum omni  
id docuerit antiquitas, omnes Sancti Patres id  
nuerint, atq; vniuersalis id Ecclesia inuiolate sem  
per obseruārit. Quot obsecro elapsa sunt saecula  
ex quo Iudaicæ gentis gloria Iudas Machabæus  
tra Gorgiam conserto prælio, & magna suoru  
de accepta, duodecim argentearum drachmarum  
millia, ad sanctam ciuitatem Ierusalem misit, quæ  
sacerdotibus darentur, vt victimas pro defuncto  
rum militum salute & animarum sospitate Deo  
oferrent? quod Iudeæ factum latius scriptura de  
ducens, hoc tandem Epiphonemate concludit,

Ibidem. } *Sancta ergo & salubris & cogitatio pro defunctis exurat*  
lib. de cura } *vt à peccatis soluantur. bis mille & amplius iam annos*  
pro mortuis. } *elapsi sunt ex quo hoc contigit. Sed aduersus hanc*  
} *auctoritatem obijcere, libros Machabæorum non*  
esse in Sacrorum librorum Canonem relatos, pro  
cul à vero est, mendacium spirat: neque enim aliis  
verbis Sanctus Augustinus usus est, vt doceat pro  
mortuis orandum, quam his quæ modo ex his fe  
libris produximus. Et quamvis libri hi in can  
onem relati non essent, quod numquam conced  
imus, & non nisi historiales quidam libri forent,  
hinc tamen efficeretur, orationes, & suffragia pro  
vita funèbris iam à duorum annorum millibus, &  
quod excurrit, in usu fuisse.

Tob. 4. Quantum etiam effluxit temporis, ex quo puer  
ille Senex Tobias, inter cætera quæ Tobiae filio suo  
dabat præcepta, orandum pro defunctis docuit,  
cum ipso orationis limine his filium verbis admo  
nuit: *Panem tuum & vinum super sepulturam iusti con  
sum*

flitue: quasi diceret, Nunquam mortuorum obliuiscere filii mihi, sed pro eorum animarum salute Altissimum deprecare; cumque iusti ex hac vita ad alteram decesserint, panem tuum & vinum tumulis eorum apponendo, animabus illorum succurre. Hinc notare vos velim, ab illo tum temporis sepulchris defunctorum panem & viuum apposatum fuisse, ut pauperes, qui pro eorum salute Deum obsecrabant, hinc sustentarentur. Tradidit Chrysost. hoc Chrysostomus, qui in alium locum ita scripsit, *Cur post mortem tuorum pauperes vocas? cur presbyteros, ut pro eis velint orare, obsecras?*

A quo saeculis Galaadire Saule & fortissimis Israeles interfectis, in eorum exequijs lacrymati sunt, pullas vestes induerunt, & septem sibi diebus ieunia indixerunt? Cui rei seruiunt haec pro mortuis ieunia, nisi ut iisdem placaretur Dominus, ieuniorumque merita defunctis applicarentur, & diuinam iustitiam, si forte ob delicta quædam occulta exacerbata esset, defunctis propitiam redderent, quo eosdem Purgatorijs eriperet ergastulus.

Iam mille sexcenti propemodū præteriere anni, ex quo Apostolus gentium Paulus orationem pro defunctis valide asseruit, Corinthiosque edocuit. ait enim: *Quid facient qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt?* id est, si non sit mortuorum resurrectio, cur igitur pro mortuis oramus, sacrificia offerimus, ieunia nobis indicimus? Et sane ipsum verbum Baptizare hoc sepe modo in sacris litteris accipitur: & Apostolus resurrectionis mysterium per orationem pro defunctis probare contendit; & ostendere, quandoquidem pro mortuis ubique oretur, eos etiam resurrecturos. Si enim nunquam resurgent, frustra pro iisdem suffragia nostra offeremus.

Purgato-  
rium sub  
terra est.

Insignes  
cōceptus.

Matth. 5.

Philip. 2.

2. Reg. 14.

Cum hoc igitur fixū & indubitatum sit, & sim-  
certo sit certius, Purgatorium locum quendam  
terraneū esse, contra quam sentiant Richardus  
S. Victore, Papa Gregorius, alijq̄ plures, qui  
sum modo in mari, modo in aëre, modo in cen-  
quodā orbis angulo constituunt; dico, vniuer-  
hodie Ecclesiam orare, ac nos eius inuitatu orare  
debere pro defunctorū animabus, quæ corpora  
his exuuijs solutæ, & hinc in Dei gratia decedē-  
rationē corā senero illo diuinæ iustitiae tribunali  
reddere coactæ, captiuæ detinentur, & in purga-  
riū velut in carcerē aliquem compactæ manent,  
quo nō prius, quā quo ad ultimū quadrantē glo-  
uerint omniq̄ debito vacent, eximentur. Atque  
idipsum magni preces nostras pōderis esse cōfir-

Animæ enim, eheu! sunt miseræ illæ captiuæ quæ  
in carcerē coniectæ, atq̄ ibidem grauissimis supp-  
plicijs excruciatæ, nō ante egredi aut liberari que-  
unt, quam nouissimū quadrantē persolverint; q  
in Matth. Euangelio adumbratum legimus. Sunt  
quoq̄ spiritus illi afflicti, qui in locis infernis con-  
stituti, ad Sacratissimum Iesu nomen genua flecti  
manus & oculos in altū tollunt, idipsum proni-  
lūt nomen Redēptoris adorant, & ab eo liberatio-  
nē enixissime efflagitant; de quib⁹ ad Philip. Pa-  
lus, In nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium tem-  
pstriū & infernorū. Sunt adhæc misera illæ creature  
quæ ad præfinitū temporis spatiū, procul à celo in  
purgatorijs locis exulant, inq̄ ijsiem grauiter cal-  
gantur & perpurgantur, licet r. o. in æternū, dimi-  
tamen essentiæ visione interea priuatæ. Quod  
gregia è sacris litteris figura manifestum reddam.

Absalon licet patri post excitatos in vniuersi-  
gno tumult⁹ iā recōciliat⁹ esset, atq̄ omniū priori  
delictorum veniam consecutus, vt tamen iustitia

debitē satisfaceret, & aliquam saltem pœnā propter concitatam multitudinē subiret, ad duos annos aula & dilectissimi patris vultu carere debuit. Atus hic iustitiæ temporalis reuocat mihi in memoriam ea quæ in coelesti tribunali quotidie contingunt; vt certo mihi persuadeam, eodē prorsus modo cum defunctorū animabus agi: quamuis enim ē mūdo hoc Deo Patri recōciliatæ decadent, plenam & integrā omnium delictorum veniam & indulgentiam consecutæ, vt tamen æternæ illi iustitiæ faciant satis, & pœnas aliquas temporales, à quib. nondū penitus sunt liberæ, adhuc persoluant, ad præfixū temporis terminū cœlo carent, & in purgatorio velut in exilio quodam constitutæ sunt, iucundissima patris sui visione destitutæ.

Sunt deniq; incarceratæ illæ animæ, quæ in fide- Animæ in  
Purgato-  
rio viuen-  
tes in opē  
implorat.  
*Iob 19.*  
les Christianos oculos suos hodie cōiicientes, cum lacrymis, gemitu, & suspirijs inenarrabilibus, eorum aurib. lugubrē hanc nñiam occidunt, & tristib. hisce verbis eorū opem implorant. *Miseremini*  
*mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus*  
*Domini tetigit me. Inclamat se à manu diuina tan-*  
*tum tactas esse, & non nisi ab vnica manu; vt hic*  
*discrimen inter has animas, & eas quæ tartareis*  
*mancipatæ sunt supplicijs euident fiat. hæ namque*  
*ab vtraq; Dei manu, & acriter quidem, etiam per-*  
*cutiuntur: adeo vt teste Apostolo, horrendum sit*  
*incidere in manus Dei viuentis.*

Vos autem animæ quæ corpori huic adhuc viui- *Heb. 10.*  
tis inclusæ, clamorem hunc pauperū attendite, & accommodate aures postulatis ac supplicarionib. earum quæ in tetro illo purgatorijs carcere inclusæ sunt: atq; è verbis earum colligite, si vel vnicæ diuinæ iustitiæ manus adeo easdē excruciet, vt superos ipsos ac non mortales in sui auxiliū aduocent,

quid de damnatorum supplicijs dicendum sit,  
ambab. Dei manib. percussa nocte dieq; assidue  
mant & eiulant, ut præ cruciatuñ grauitate  
porisq; quo illis excruciantæ sunt, diuturnitate  
desperationis abyssum præcipites ruant? Ipfaz  
tem quæ purgatorio continentur, clamant &  
nostram postulant, propter pœnarū quas feru  
grauitatem: idem enim carnifex, ignis sc. illas  
rens & castigans delicta, excruciat has & illas.  
Gregor. Eodem igne purgatur electus, & crematur da  
natus. At vnum inter vtrasq; discrimen est, q; q  
nx & supplicia earum, quæ infernalib. tormenta  
traditæ sunt, æterna sint; purgandarum vero  
tempore præfixo terminentur. Illæ horribili  
monum intuitu semper deterrentur; hæ frequen  
ti Angelorum visitatione recreantur, illæ furu  
efferasunt, desperant, & præ pœnarum grauitat  
impatientes sunt: hæ quotidie exultant: q; torne  
ta breui finienda sperent, viuunt in spe & openi  
fidelib. implorant, dicentes: Miseremini mei, misere  
mini mei salutem vos amici mei: vos in primis ha  
des, quib. tot opes & facultates reliquimus, vos  
lij, quos tot relictis opib. ditauimus: vos noti de  
sanguinei succurrите & opitulamini nobis, nuda  
æruminas inspicite, orationes pro nobis effundit  
alijsq; effundendas indicite, ac viscera misericordiæ  
nobis laxate. An non tristes illæ querimona  
cor vestrum feriunt, ac quodammodo dilecti  
Auditores? an non lugubres illi clamores vos  
commiserationē excitant? feralis illa aclame  
bilis echo, an non vestras aures verberat? Audit  
iue filij euilatum parentuñ vestrorum? audit sine  
redes querimonias benefactoruñ ac Mecenatuñ? Au  
dit sine amici preces carissimoruñ sodalium? O in  
grati, ô adamantini, ô perfidi, ô paruñ antiqui fide  
& ami

Iob. 19.

Discrimen  
inter sup  
plicia da  
mnatoru  
& electo  
rum in  
Purgato  
rio.

& amicitiæ memores! sed non ita exigit. namque Christiana caritas, totus ut mundus in solamen & fauorem animarum dicat, *Requiem æternam dona eis*. *Domine, & lux perpetua luceat eis.*

Inter cætera Misericordiæ opera non postremū Animam locum meo iudicio obtinet, captiuorū redemptio, precibus incarceratorum solutio, vinculorum, captiuitatis purgatio-disruptio. Nullorum autē captiuorum redemptio luculentior, aut præstantior habenda est, quam eo-rum, qui in alio orbe captiui detinentur: quos nostris precib. in libertatem afferere, ac flammis tormentisq; eripere possumus. Hoc autem pro dignitate facere magnæ atq; diuinæ cuiusdam virtutis actus est, cum religione coniunctus, & quem in sa-cris litteris expressum legimus.

Voluit olim Deus, ut quicunq; bouē, aut asinam *Exod. 23.*  
aut quodcunq; p̄ximi animal in foueam incidere *1. Cor. 9.*  
animaduertisset, omni ratione eidē quam primū succurreret, ac luto educeret. Errat, q̄ putat hic de brutis solum animalib. sermonem esse. Audiat a-ille, quid dicat Apost. *Nunquid de bovis cura est Deo?* sed crediderim in hac ope animalib. impensa, curā & auxilium q̄ animabus exhibēdum est, exprimi: quas cū in purgatorijs p̄fundum cecidisse hodie videam⁹, nostrūq; ab ijsdē auxiliū efflagitari audiamus, nostrū p̄fecto erit, omni illis ratione succurrere & opitulari, atq; eleemosynis, sacrificijs, votis, precib. eas tormentis eripere, in earūq; auxiliū dicere: *Requie eterna dona eis Domine.* In hoc mihi cō-ceptu viā piuit magnus ille Doct. Aug. qui ad fra-*Ser. 44. ad fratr. in e-*tres in eremo degentes verba faciens ait: *Clamat rem.* porcus, & cū eo clamare non cessant: *cadit asinus, & oēs eū subleuare festinant: sed clamat in tormentis fidelis, & non est qui respondeat: ecce vestra humanitas, fratres. ò rem deplorandam, accrudelitatem inauditam!*

Magna

Magna quidem fratrum Iosephi crudelitas fuit quando exaudito eius eiulatu, & lamentis eis citata, in quam eum deiecerant, nullus illi succurrerunt, sed surdis clamores eius auribus excepti sunt, qd Ruben ijs deinde in mentem reuocans me gno conscientiae remorsu illis exprobrauit: Mortuus hec patimur, quia peccauimus in fratre nostro, videntes angustias anime illius, dum deprecaretur nos, & non audiuius. Sed maior multo mihi credite, fideliter est inhumanitas, qui viso fratres suos germanos in purgatorijs cisternam deiectos, ac tantum nonnullos, opem illorum quam enixissime, posuerunt, non minus ad commiserationem excitantur.

*Quam si dura flex, aut stet Marpesia cauus.*

Hunc porro mihi conceptum suggestit Propheta Amos, dicens: Bibentes vinum in phialis, & operi vnguento delibuti, & nihil patiebantur super contrarium Ioseph.

Quam merito autem nostris hisce temporibus tuas, o Prophet, querimonias iterare possumus, quot enim hodie reperi est filios, qui defunctorum parentum opes & diuitias dilapidantes, genioqz quotidie indulgetes, de eorum suppliciis minimum quidem solliciti sunt, ac vix ullam amplius eorum memoriam conseruant: imo tantum abest saepe, ut Deo pro eorundem salute supplicio, ut testamēta atq; vltimari voluntatem nonnumquam etiam completere negligant. O impietatem inauditam! o barbaram crudelitatem! o patres infelices, qui tam voracibus & immitibus lupis, pes vestras reliquistis!

Rabies porro & crudelitas nostri temporis hereticorum infinitis etiam partib. maior est omnique crudelitatis & inhumanitatis terminos excedit, defunctis enim bellum indicetes, corpora co-

*Gen. 42.*

*Amos 6.*

Filiorum ingratitudine erga parentes defūctos.

*Hæretico-  
rum mo-  
derorum  
crudelitas.*

rum honore priuant sepulcrali , animas autem fi-  
delium suffragijs : ô barbaros & sanguinarios , ô  
commentū diabolicum ! ô homines minime ho-  
mines, sed inhumanos, brutos, stupidos, & ad gen-  
utilios mores inclinantes ! ô h̄ereticos, nostri tem- *Lib. 41.*  
poris procellas, religionis fulmina, tartaro genitas *Lib. 9. in*  
furias ! Quid, similesne esse vultis Parthis, quibus, *vita Pyrrhi.*  
vt refert Iustinus, soleme fuit mortuos canib. ob-  
ijcere, carinoq; in ventre ijs sepulchrum condere ? *Lib. 4. Var.*  
Imitari vultis Peones. qui mortuorum cādauera  
in minuta frusta concidebant, atq; ita in proflu-  
tem deijsiebant, vt à piscib. & monstrib marinis  
deuorarentur, vt scribit Laërtius ? Sequeminine  
Colchios qui eadē culeo insuta ex arborib. suspen-  
debant, vt vultures & aquilæ, & quidquid autium  
ad p̄edam natum est ea deuorarent, teste Æliano ?  
An insistetis vestigij Arabum , qui vt è Strabone  
discimus, defunctorum corpora , etiam Regum &  
Principum in simo ac cœno componunt, cloacasq;  
ijs & foricas tumulorum loco assignant ? An vero  
Massagetas æmulabimini , qui præ ea , qua erant  
barbarie & immanitate mortuorum carnes sibi in  
edulium parabant, parataq; deuorabant vt ex o-  
pere Alexandri ab Alexandro colligere est.

Et sane insensata hæc ingenia , inimici hi Dei & *Lib. 3. c. 2.*  
Sanctorum immanissimi , mortuorū hostes, noui  
illi Euangelici, pseudoprophetæ Baalim, ac sacrifici-  
culi idoli , quod est ipsa Hæresis , de illorum sunt  
numero , de quibus olim locutus est Sapiens. Et e- *Sap. 4.*  
runt post hæc decedentes sine honore ; & in contumelia in-  
ter mortuos in perpetuum , & memoria illorum peribit:  
nullum quippe relinquunt Epitaphium , nullos  
honores sepulcrales, nullas fūdationes aut in pios  
v̄sus legata, quibus nomen eorum posteris innoce-  
scat , & pauperes atque alij occasionem habeant

pro

78 IN FESTO COMMEM. FID. DEF  
pro eorum animabus Deo supplicandi.

Quid porro necesse est plurib. varietatem  
phetix huius ostendere, cum ipsa nos quotidie  
doceat experientia, rem ita, ut diximus, se habet  
atq; ita per vniuersum orbē inualuisse conflictus  
præsertim ijs in locis, in quibus infelix illud  
seos lolium, & tristis errorū in religione Palmarum  
inter bonam segetē iniussus ex crescit? Hac enim  
rum namq; sepultura infamis est, ac maximus  
dedecore coniuncta: neq; n. maior apud eos mo  
tuo corpori, q; animæ domicilium, ac receptaculum  
est splendidum, ac magnificum, habetur reue  
tia, quam cadaueri bestiæ: nec maior animæ esq;  
status, aut périculi quod ei in altero orbe subven  
dum est, habetur ratio, q; aut asini, aut putidi canis.  
O pudor, o infamia, o dedecus intolerabile! Quid  
videmus in hæretici exequijs, ac pompa funebri  
liud, quam cohortes aliquot militum, integrorum  
in signib. manipulos? & lictores securib. instructi?  
ut magis maleficus quispiam ad supplicium ducatur,  
quam defuncti corpus ad tumulum deferri vide  
tur. Bene igitur dixit sapiens: Et erunt post hac di  
dentes sine honore, & in contumelia inter mortuos.

Quid? nonne in vrbib. nostris maritimis, si An  
glum quempiam, aut Belgam in portub. mori co  
tigant, bōbardæ & tormēta bellica horrēdo bo  
tu remugint? de precib. pro mortuo effundenda  
nulla penitus fit mentio. Illæ nimirū sunt exequiæ  
quas mortuis peragūt, illa sunt iusta, quæ perfol  
lunt: hæc sunt apud illos officium defunctorum  
& sane fumo illo & strepitu animas, non dico ad  
cœlos, sed ad inferos recta deducunt. An non igitur  
sepultura hæc infamis est, & exequiæ quales  
bestiarū, & quales Deus olim p. Prophetā Iohannem  
impi regi intentauit, sepultura asini sepelietur: &

Sap. 4.

Ierem. 22.

quales impiorum sepulturas fore auguratus est sapiens: Et erunt post hæc decedentes sine honore, & in contumelia inter mortuos?

Sap. 4.

Lutherani vero & ministri Anglici cum pspicerent, quantâ hæc sepeliendi ratio infamiam secum trahat, mitius & benignius multo cum mortuis agunt. Psalmos enim in eorum funere decantant, funebri eos oratione cohonestant & epiphobia ijsidē erigunt. Et sane nouit vniuersa hæc Gallia, quanto honore & cærimonia, quantaq; solenitate, Elisabethæ Angliæ & Hiberniæ reginæ, nuperrime defunctæ corpus deductū sit: deducentib. id nimirum totius regni procerib. atq; omniū Ecclesiarū Elisabet hæ Episc. superpellicea & pluialia splendida induitAng. regi-  
& defunctorū officiū ac varios p̄ mortuis psalmos  
decentibus. In hac porro deductione ducentæ virgines spectabantur, albis induitæ vestibus, & albis caput coopertæ peplis, ac velis, quæ cingulo tenus dependebant: hæ pro defunctæ reginæ anima Deū exorabāt, quas Principes & Magnates ac publici ministri, atris induiti, & vbertim lacrymantes proq; Principis suæ anima supplicantes, sequebantur, q̄ nisi animæ hæc omnia saluti plurimum condicere credidissent, nunq; hoc schemate & pompa corpus ad tumulum detulissent, fuisset alioqui ingenti Principem fæminam ludibrio exponere.

Ipsi quin etiā Calvinistæ, q tam crudeliter modo in cœmiteria nostra desequiūt, & velut furiae qdam infernales, magna mortuorū contumelia, in loca sacra & ossa Sanctorū, magno crudelitatis exemplo graffantur, cum sibi post mortem non maiore honorem q̄ equo & mulo, quib. nō est intellectus, a suis exhiberi cernerent, in conuentu quodā Ministrorum quē Genevæ an. M. D. L. XXII. indicerūt, inter cæteros synodi articulos statuerūt vt

pro

80 IN FESTO COMMEM. FID. DEFVN

pro mortuis preces effunderentur. Sed laudabili  
hoc institutum Caluinistica quadam vafriditatem  
stu obliteratum, & penitus erasum fuit, ne quan-  
cum Papistis forsitan in sacris ritibus similitudinem  
inducerent. An non igitur mera quedam malitia  
est, ne dicam vesania, mortuis bellum indicere,  
instar spumantium ac rabidorum canum lapides  
sepulchrales vesano derite præmordere?

Ratio 10.

Aliud longe magis admirandum audite, Inclu-  
tus ille Martyr Edmundus Campianus, socius  
Iesu, nobilis de nobili trunko surculus, ac fasci-  
 nostri decus & columen, in suis ad Oxoniensem  
 academicos rationibus, quib. eos ad disputationem  
 certamen prouocauit, & quib. Religionem Catho-  
 licam assertum, ac proptignatum iuit, ait magnus  
 Turcarum Imperatorem, totius Christianitatis ca-  
 lamitatē, cum de nouo illo Antichristo Luthero  
 deq; eius errorib. quos in Germania diffundebat  
 inaudiuisset (inter quos erat & purgatoriū negatio)  
 precum pro defunctis effusarū iniutilitas) magni-  
 cis eum litteris compellasse, suumq; ei obsequium  
 obtulisse, adeo ut quacunq; occasione oblata ex-  
 xilium se ei laturum spoponderit. Mahometanus  
 ecce tyrannus suum pseudoprophetæ huic obli-  
 quum defert: cum sciret, peruersorum eiusdem  
 dogmatū promulgatione maiorem sibi ad Chris-  
 tianorum regiones ferro flammaq; vastadas adi-  
 tum, quam quingentorum millium hominum ro-  
 bore reseratum iri, quamobrem summas ei grati-  
 tias ob turbas concitatas agebat, ac si qua re & ex-  
 xilio in posterum indigeret, ei suo se obsequio ad  
 futurum pollicitus est.

Nos vero Catholici Nouatorum horum con-  
 suetudine & vafridient exosi, Sanctos inuocamus,  
 imagines eorū dedicam⁹, mortuos honore affi-  
 mu

mus, animarum eorum dem recordamur, nostris-  
que eos precibus, quantū in nobis est, adiuuamus?  
Et quoniā nos filios Sanctorū appellamus, quo o-  
lim Tobias nomine suam cognationem commen-  
dauit; ideo quoq; par est, vt maiores nostros imi-  
temur: nam cum patres nostri, sanctissimi viri fu-  
erint, pietate & religione insignes; consentaneum  
etiam est, ne filij ab eorum virtute & meritis ali-  
quaratione degeneres existant: cumq; illi tam be-  
nignos se erga mortuos præbuerint, tanto reliqui-  
as eorum honore coluerint, proq; eorum anima-  
bus tanto affectu orauerint; æquum est, nos ad i-  
mitationem eorum accendi, magnum erga de-  
functos affectum ostendere, semperq; in eorum fa-  
uorem sacra hæc verba iterare: *Requiem aeternam*  
*dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.*

Porro oratiuncula hæc sancta est, bene & recte  
instituta, ac magnam pietatem spirat, semperq; a-  
pud omnes, qui vnum se adorare Deum, veramq;  
religionem amplecti profitebantur, in vsu exstirrit. Tres in  
Ec cū non nisi tres in orbe vniuerso religiones re- mundo re  
perire fit, quæ veluti cæterarum principes ac ma- ligiones  
gistræ sunt, & in vnum Deum credunt, Iudaica, capitales,  
Mahometana, & Catholica; hæc tamen omnes Pur- quæ om-  
gatorium aliquod esse credunt, de mortuis pie ac nes pro  
laudabiliter sentiunt, proq; eorum animabus De- mortuis  
um quotidie deprecantur. Deo sup-  
plicant.

Iudæi enim, qui legē suam infractam & integrā  
adhuc custodierunt, quotidie pro defunctis Deo supplicant; nam cum eos sacrificijs adiuuare ne-  
queant, quæ non nisi in templo Salomonis, quod  
in aduentu Messiae tandem aliquando restaurandū  
putant, paragere liceat, varias precandi formulas  
in hunc usum concinnarunt, ita vt eoru Mahosor,  
qui ijs instar Breuiarij cuiusdam est, in quo variæ

De SS. tom. 1.

F

preces

preces continentur, orationibus pro defunctis fundi solitis scateat. Deinde & hoc ijs solemniter cum aliquis eorum in extremo vitæ articulo constitutus est, lectum eius frequentes circumibimus magnopq; eum affectu obsecrant, vt ita in altero orbe cum fuerit, sodalium suorum memores ut ipsi eius hic in terra memores futuri sumus eque efflagitant, vt, cum in alteram vitam veniret, Messiam roget venire in mundum ne diffundat aduentum suum maturet.

Turcæ autem in hoc Iudeis adhuc religiosissimæ sunt & accuratiore: cum enim credant animas mortalium post hanc vitam purgandas, promotius preces fundunt, de ijsdem non nisi reuerenter admodum loquuntur, eorumq; memoriam celebrant: adeo vt sex quotidie lampadum millia annis pseudoprophetæ Mahometi tumulum in coemeterio Mechæ accensa colluceant.

Christianos vero pro mortuis preces effundentes notius est quā vt pluribus verbis explicari debet nā quocūq; denum loco ijs reperiantur, Catholici sint, vel Schismatici, defunctorum tamen memoriam celebrant: Græci sc. Constantinopoli, Aethiopes sub Prete-ianne, Abyssini & Maronites in oriente, Chinenses apud Antipodes, atq; adeo per niuersum terrarum orbem, quo Christianismus non men penetrauit, Purgatorijs quoq; fides viget ac pro defunctis preces indici solent. Solus Celsus nista degener ac spurius sanctæ huic consuetudinē repugnat. In quo ipsi eum Ethnici superarunt, quod se benignos & pios erga mortuos eorumq; reliquias, longe secus quā heretici, præbuerunt. Quintus Cicero, fidei licet lumine destitutus, scribere memorubuit, primū ad pietatem gradum esse, eoru[m] quæ ante nos vixere reminisci, eorumq; memoriam integrum

Turcæ  
mortuos  
reueren-  
ter ha-  
bent.

Itē Chri-  
stiani.

Quid ve-  
teles Eth-  
nici de  
mortuis  
senserint.

tegram seruare, quia iam dudum tributū, ad quod  
ipſa nos mors obligat, persoluerunt: adeo ut non  
ſolū ille impius ac nefandus & naturæ aduersarius  
haberetur, qui corpori defuncti debitū officiū ac  
honorē negaret; verū etiam qui animę. Ipſe quoq;  
In proble.

Philosophorū omnium caput Aristoteles ijsdē in-  
fiftens vestigijs, & quus esse ait mortuis quam viuē-  
tib⁹ auxiliari. O apophegmata aurea, ac Christia-  
nis ſemper recolenda! Ethnicus ecce de mortuis  
nos reuerenter loqui vult, & hæreticus ijsdem bel-  
lum indicit. O tempora; o mores, o fæculi labem!

Iidē ipſi Ethnici etiam immanitate barbari &  
feritati inculti, tanto ſemper defunctos eorumq;  
ex hoc mūdo emigrationē honore proſecuti ſunt,  
vt mirer, hæreticos historias & gesta veterū legen-  
tes nō erubescere. Lycurgus quippe Lacedēmoni-  
orum legislator ſanxit, vt mortui cum oleo ramis  
ad ſepulchrum deferrentur: vt edoceret nos, mor-  
tuis honorem eſſe exhibendum, ac misericordi-  
am, cuius oliua ſymbolum eſt, oſtendendam.

Albanis mos erat, oēs defuncti opes, & quidquid  
pretiouſum habebat, ſepulchro inferre: quo auditō  
cōfundātur Christiani, q̄ cū parētes & affines terre  
mādādi ſunt, adeo interdū ſordidi & tenaces ſunt,  
vt viles & ſemilaceros vix ijs paños dare ſuſtineāt.

Refert apud Diodorū Siculū Ctesias historicus *Diod. lib.*  
Macrobius Æthiopę populos, defunctorū ſtatuaſ 3. v. 2.  
ex auro vel argēto, vel ligno erigere cōſueuiffe, vt  
eorum ita memoriā, viſa ſtatuā, in animo ſemper  
cōſeruarēt. His vero ſtatuis que intus excauatæ e-  
rāt, defunctorū cineres includebātur; is vero q̄ de-  
functis ſanguine erat, p̄ximus easdē domū defere-  
bat, q̄ easdē deinde vitro pellucido includebat, vt  
melius forinſecus videri poſſēt, ceteri vero affines  
ijsdē ſtatuis frugū ſuarū primitias atq; alia pluri-  
ma ſacrificia quotaſi offerebāt. F 2 Ma-

Plutarch.

Alex. ab

Alex. lib. I.

ca. 2.

Maior adhuc erat Galatarū erga mortuos cōtus, ne dicam superstitio: quam primū enim vñ quis inter eos exspirasset, varias ad eum litteras scripta destinabant, quæ deinde ipso sepulture vna cū corpore cremabant, credebant namque *Alex. ab Alex. 3.v.7* à mortuis in altero mundo legi. Erat, fateor, mera superstitio: sed ea tamen quam proxime ad Sanctam Christianorum consuetudinem & ceremonias accedit; hi enim harum chartularum loco preces ijsdem offerunt, quarum efficaciam roborat eas experiri certo certius credunt.

Græci hac in re cæteris gentibus haud existit negligētores. Alexander namq; Mædo, Hephstioni amicorū integerrimo extincto tam fididas exequias adornauit, vt ipsa etiā animalia portibus suis nō defuerint: ita vt non sufficerit ei non exercitū atris induitū spectasse, nisi & vrbis, in qua ille exspirasset, muros quodammodo deradere, & equorum iubas in signum luctus detonderet.

Græcis quoq; non cessere Romani, vt nimurum è funere Iunij Bruti manifestum redditur; Brutus inquā, qui vitæ suæ periculo patriæ in libertatem asseruerat, ac duro Tarquiniorum eā imperio liberārat. Hic enim cum fato concessisset, totius populi, ac senatus humeris, magno cū honore infirū delatus est, & funebri omniū primus oratione cohonestatus: qui mos deinde Romæ intulit, at mox ad alias nationes, sed ad Christianorum presertim exequias celebrandas, dimanauit, vt nimurum ex oratione S. Ambrosij in exequijs Magno Theod. videre est.

Videte igitur, vt oēs orbis nationes etiā barbaros defunctorū memoriā celebrārint; & soli prō pueror! Calvinistæ eosdē infectantur, preces p̄ ijsdem negat, sepulchra exsibilat, & nulla erga defunctos misericordia tanguntur. O crudelitatē intolerabilē!

lem! Audite vt & in sacris literis sepulturæ dignitas extollatur. inter ceteros. n. quos Messiæ ventu- *Isaie. II.*  
 ro tribuit Isaías honores, ait sepulchrū ei⁹ fore glo-  
 riosum, & magnificētia eximiū? Erit sepulchrū eius  
 gloriōsū: q̄ lxx. interprētes verterūt: Et erit requies e-  
 ius honor. & Hier. Hebraicū textū secutus. Et erit se-  
 pulchrū eius gloria. ē quib. omnibus vnū hoc effici-  
 tur Christū magnifice & gloriose sepeliendū. Ipse  
 n. qui toto vitē suē tēpore omnia sublimia, diuini-  
 as, honores & delicias cōtēpserat, ipsū honorē qui  
 mortuis impēditur, & honestā sepulturām noluit  
 negligere: fuit porro ipsa gloriofa, si quę vñq̄ cum  
 varia in eā vnguēta & aromata, id/ p feminas pi-  
 as, impēsa sint. Quis igitur credat, Deū, q̄ tātos ho-  
 nores & tā gloriōsū Filio suo sepulchrū destinārat,  
 eosdē fidelib. nolle impendi; fierine pōt eū in deter-  
 iorē partē interpretari, si pro eorū animarū rege  
 preces fundantur, & sacrificia ppitiantia offeran-  
 tur? an putabimus eū offendī si solitā illā bene ap-  
 precandi formulā s̄epius in purgandorū auxilium  
 repetamus, Requiē eternā dona eis Domine & lux per-  
 petua luceat eis? Nequaq̄. Sed eodem nos inuitat di-  
 lectissima eius sponsa Ecclesia atq; hoc ipsū enixif-  
 simē miseri illi captiui à nobis efflagitat: hoc vnum  
 hodierna die maximopere à nobis postulāt; huius  
 rei ergo in nos oculos coniuciūt, & eā se impetratu-  
 ros penitus cōfidunt. Nulla quippe tōo anno dies  
 illis illucet optatiōr, & nulla festiūior. Hodie nāq̄  
 exultat & lētātur, cū preces nostras aliquod habu-  
 isse pōdus sentiūt, vt hi quidē p̄cenis omniō libe-  
 rati ad eternā requiē euolēt; illi vero aliq; saltē tor-  
 mētorū leuamen sentiāt. Huc respexisse mihi vis⁹  
 est David vates cum diceret, Auditui meo dabis gau-  
 diū & latitiā & exultabunt ossa humiliata: scio quidē  
 hoc nō min⁹ de resurrectione generali, in qua mor-

tuorum corpora, ad Angelicę tubę clangorem, quā ad iudiciū ac deinde ad gloriam euocabuntur, se pulchris, immortalitatis & gaudij gloria rutilat egredientur, posse intelligi. Sed alio sensu & quā mystico de animabus Purgatorio derentis intelligimus; quae auditis hodie precibus in eaurū fauē effusis mirum in modum exultant, magnō p̄fido lo profunduntur: eas autem eleganter per ossa humiliata designari existimo, quae nimirū toties ram diuina maiestate sese humiliarunt.

Et bene, mēā sententiā, ait ossa humiliata, & non caro. peccatores .n. carnales nimirū homines, quā carnis delicias semper cōfessati sunt, eāq̄ nimis nere fouēdo ad tartari abyssum deuoluti, ad p̄dē Ecclesię nō exultant, cū eius suffragia illis nequā p̄desse. Sed sola ossa, homines inquā sancti ac mīdi cōtēptores, qui in vasta quadā solitudine p̄tentia agētes (Antonios, Paulos, Hilariones, Macarios intelligo) ipsi mīdo adeo exsucci videbantur, vt p̄rē macie ex inedia cōtracta, exsanguia quadā ossa & emedullata cadauera viderētur: Deinde ait ossa humiliata, q̄ soli humiles, dura inquā illa ac solida ossa, & heroica quadā cōstātia & virtutibus confirmata, q̄ nimirū toties genua corā diuinā mortis oculis curuarunt, in altero mundo recrearērētur; non vero ossa illa superbia & ambitione turgētia, qui sese numquā sub potēti Dei manu humiliare, aut submissē de seip̄sis sapere voluerunt.

Dicuntur elephanti, vasta illa animalia, q̄ eorū crura ex vnico tantū constant ossa, sine vlo nō aut articulo, quiq; numquam crura incurvant, si semel ad terrā prostrati fuerint, non posse se rēsumi in pedes erigere, atq; ita facile in venatiū potestā concedere. Ast alia animalia, quae exiguis confinib; ossiculis, ac varias habēt in crurib; vertebrae, eaf;

Elephan-  
torum  
forma.

flexibiles, licet ad terrā concidant, leui se negotio iterum suberigunt, seseq; in fugam coniuncti. Id ipsum mihi de dānatis hic dicere liceat: eos nimirū cū instar brutorū Elephantorū hoc in mundo vi- xerint, ossa & latera continua inarticulataq; habē- tes; & numquā genua flectere, & ferreū magni Iu- dicis legibus submittere cor voluerint, si semel ad inferos p̄cipites ruant, numquam deinde amplius ad vitam posse resurgere. Sed humiles illos electos, *Luc. 18.*

*Psal. 50.*

de quibus in Euag. dicitur, *Sinite parulos venire ad me, q; nimirū toties corpus & ossa ad Dei obsequiū incuruarūt, quiq; sese toties corā maiestate ei⁹ hu- miliarūt, licet ad purgatoriū vsq; deciderint, faci- line negotio posse resurgere, & ad p̄cum nostrarū au- ditū, magna lētitia & exultatione, iuxta Prophetæ verba, exultabunt ossa humiliata, perfundenda.*

Hinc factū est, vt veteres illi Patriarchæ semper iuxta Ierosolymā, aut saltem in Palastina sepeliri voluerint: spiritu namq; Propheticō augurabūtur fore, vt post tēpli illius splēdidi exstructionem, sa- crificia ibidem ac preces pro mortuis Deo offerrē- tur: atq; ideo haud procul à ciuitate sancta Ierusa- lem humari cupiebant, vt scil. ossa eorum, preces quodammodo audiendo, & Sacrificiorum nidorē odorando, ad meritorum participationem exul- tarent. Ne vero me existimetis fabulas, aut nugas vendere, inspicite cap. 50. Genef. & videbitis Patri- archam Ioseph lecto ad mortem vsq; affixū enixe à fratribus postulantem, diligentem vt sui corporis à morterationem haberent, neue ossa sua in Aegy- ptō idololatriā infami, & in qua nulla mortuo- rum habebatur ratio, finerent putrescere; sed se- cum eadem in terram Chanaan asportarent, in qua tot pro ijsdem sacrificia, & victimæ immolari, tot aliquando orationes fundi debebant.

Quamobrem, Christiani, vnum hoc nostrum  
hodie ac toto vitæ tempore sit studium, profide-  
bus defunctis feruentissime ad Deū preces effun-  
dere, eorumq; nullo non tempore memoriam fe-  
cere. Moueant nos obsecro tormenta & suppli-  
quibus excruciantur, vt querimonijs eorum auro  
accommodemus, eorum necessitatibus subven-  
imus, & re ipsa iam ostendamus, quo eos olim amo-  
re, quo affectu fuerimus prosecuti. Marcus Tullius  
Cicero in offic.  
tribus potissimum de causis nos à Deo condon-  
asserit, Non solum enim, inquit, nobis nati sumus, si  
ortus nostri partem patria, partem parentes, partem simi-  
mici vendicant: amici quidem vt diligentur; pare-  
tes, vt colantur; patria vero, vt ab hostium inca-  
su defendatur. Idem milii quoad defunctorum  
memoriam dicere non liceat: & sane si parodii  
eadem verba expressero, sanctius multo & melius  
mihi videor conclusurus: Non solum nobis natifi-  
mus, sed ortus nostri partem Ecclesia, partem Sancti, pari  
sibi mortui vendicant: Ecclesia quidem, quod nostra  
vera sit patria; Sancti quod parentum nobis loco  
fint; mortui deniq; quod instar amicorum haben-  
di, quodq; nostras hodie preces etiam atque iam  
implorent. Igitur quantum in nobis est, eos ador-  
uemus, ac diuinam misericordiam sollicitius pro  
ijsdem exoremus, vt nimirum eorum misereatur,  
pœnas minuat, temporis spatium abbreviet, no-  
stras orationes eorumq; querimonias & lacrymas  
non respuat, deniq; eas acribus purgatoriij flam-  
mis eripiat. Quamobrem toto vitæ tempore semper  
pro ijsdem Dominum inuocemus, dicentes:  
Requiem aeternam dona eis Domine, & lux perpetua la-  
ceat eis.

Et sane ô pater misericordiarū, & totius cōsolati-  
onis De⁹, viuorū ac mortuorū iudex & quisim⁹,  
suppli-

supplices te hodierna die deprecamur, ut captiuarum illarum virginum lamenta, suspiria, clamores, lacrymas benignus exaudias: ac tristes creaturarum tuarum gemitus attendas, quæ iam à tot annis, tamq; grauiter, & tam atrocibus apud inferos in iustitiae tue carceribus, supplicijs excruciantur. Noli quæsò clementissime, ac benignissime Deus aures eorum questibus occludere, qui noctes & dies de profundis terræ visceribus ad te in clamant, ita namq; sortem eorum describens Psal-  
mographus, ait, *De profundis clamaui ad te Domine exaudi orationem meam*; Fiant aures tuae intendentis in vocem deprecationis mee. Quare age fidelium omnium conditoris, eorumq; animarum redemptor, misericordiam & gratiam illis impertire, & venia misericordissimæ pietatis tuæ omnia illorum peccata extingue, & vniuersalem omnium illis delictorum veniam cõcede, vt indulgentiam quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur: & tetricis illis carceribus egredientes libertatis æternæ compotes efficiantur, ac recta ad beatorum gloriam & requiem sempiternam, quam ipse beatitudinis status secum trahit, perueniant: ad quam nos Pater, & Filius, & Spiritus sanctus perducere dignentur.

### IN FESTO MARCELLI EPISCOPI PARISIENSIS.

*Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo.*  
Eccles. 44.

#### F I G V R A.

**I**nter cæteros quos Romana resp. tulit viros virtute & rerum gestarum gloria insignes ac bello & pace nobiles, non postremum, meo quidem iudicio, locum obtinet magnus ille Marcellus, qui

Plutarch.  
in Marcello.

F 5

Han-